

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei  
 Venerabili fratri Episcopo et dilectis filiis Capitulo Ossiliae  
 et Maritimae in Livonia

Salutem et apostolicam Benedictionem

Dioecesis Ossiliensis in Livonia circumscriptis -

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum  
 est, tam vigor aequitatis, quam rationis ordo po-  
 stulat, ut id per sollicitudinem officii nostri ad  
 debitum perducatur effectum. Exhibita quidem no-  
 bis vestra petitio continebat, quod bonae memo-  
 riae... Sabiniensis Episcopus tunc in partibus  
 illis apostolicae Sedis Legatus vestram dioece-  
 sim certis terminis limitavit. Nos igitur vestris sup-  
 plicationibus inclinati, quod ab eodem Legato  
 super hoc factum est provide, ratum habentes,

et gratum, illud auctoritate apostolica confirma-  
mus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam nostrae confirmationis infringere,  
vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem  
hoc attemptare praesumpserit, indignationem  
Dei omnipotentis, beatorum Petri et Pauli  
Apostolorum eius et nostram se noverit in-  
cursurum. Datum &c.

Prædictae literae f. r. Innocentii P. IV. descriptae, et re-  
cognitae fuere ex libro ms. cui titulus = Nunciatura di Polo-  
nia = tom. 12. pag. 326., qui adservatur in Tabulariis se-  
cretioribus Vaticanis. In quorum fide m. d.

Dabam e Tabulariis praefatis VIII. Idus Maias MDCCCXXXVII,  
Indictione X. Pontificatus vero Nri in Christo Patris  
et Nri Nri, Nri Gregorii div. prov. P. XVI. an. VII.



M. Marini  
Tabular. S. S. C. Praefectus



